

Q. HORATII FLACCI  
SATYRARVM.  
SIVE SERMONUM,

LIBER PRIMVS.

SATYRA I.

Nemo sua sorte est contentus, præsertim avarus;  
quia nemini fatis est quod habet.

**Q**UÛ sit, Mæcenas, ut nemo, quam sibi sortem  
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa  
Contentus vivat, laudet diversa sequentes.  
O fortunati mercatores! gravis annis  
Miles ait, multo jam fractus membra labore.

*Satyrarum.* Satyra est carmè  
quoddã dicax, & salsum, car-  
pendis hominũ vitis institurũ  
ita dictum à Satyris, veterum  
Diis petulãtib; ac protervis.  
*Sermonum.* Satyræ Horatii  
Sermones vocantur; quia car-  
mina sunt, ut ipse vocat, ser-  
moni, & profæ propiora.

*Quis sit.* Quis esse causæ di-  
cam ut, &c. quonam tandem  
pacto sit?

*Seu ratio, &c.* Sive consilio,  
& ratione certa, certum vitæ  
genus, & institutum amplexus  
fuerit; sive casu, & temerè.  
*Dederit.* Dat ratio, & prudẽ-  
tia; objicit casus, & fortuna.  
*Diversa sequentes.* Diversa  
vitæ genera, & suo dissimilia  
profitescentes.

*Fractus membra.* Græca lo-  
cutio: subauditur præpositio,  
circa. Habens membra labore  
fracta, Con-

Contra mercator, navim jactantibus Austris,  
Militia est potior. Quid enim? concurritur; hora  
Momento cita mors venit, aut victoria læta:  
Agricolam laudat juris, legumque peritus;  
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.  
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbẽ est,  
Solos felices viventes clamat in urbe.  
Cætera de genere hoc! adeo (sunt multa) loquacem  
Delassare valent Fabium. Ne te mover, audi,  
Quò rem deducam. Si quis Deus, En ego, dicat,  
Jam faciam, quod vultis: eris tu, qui modo miles,  
Mercator; tu, consultus modo, rusticus: hinc vos,  
Vos hinc mutatis discedite partibus. Eja,

*Contra.* Subaudi, dicit. ambulare non posset, vades de-  
*Potior.* Quàm mercatura. dit, qui promitterent eum di-  
*Quid enim?* Quidni? cur stã die adfuturum; ad quam  
non? quid enim tantum in ea diem obeundam, ipse postea  
laboris, & periculi est? urbem petit.  
*Cocurritur.* Pugna cõmittitur.  
*Sub.* Paulo post, circa.  
*Consultor.* Qui causidicum  
super lite sua consultit, confi-  
lium ab eo petit.

*Datis vadibus.* Vas, vadis,  
est qui spõdet alterum in jure  
adfuturum ad diem cõdictam,  
ut obeat vadimonium; ac, nisi  
compareat, jubetur ipse de suo  
satisfacere, illius loco, pro quo  
vadem se dedit. Sententia igitur  
est: rusticus quispiam, qui  
coactus est rure in urbẽ veni-  
re, quia vadem se obtulit, aut  
unus est ex vadibus pro aliquo  
altero datis: vel, quia ipse, cum,  
citatus à iudice, statim in jus

*Adeo, &c.* Tam multa sunt  
ejusmodi exempla; tam multi  
existunt, quos sortis suæ simi-  
liter pœniter.

*Delassare.* Defatigare.  
*Fabium.* Loquacem hunc;  
& garrulum obiter carpit.

*Quò rem deducam.* Quid  
fungam, & ponam, unde illo-  
rum appareat imprudentia:  
quò illos adigam.

*Tu consultus, &c.* Tu, qui  
modò eras consultus, id est,  
causidicus, eris rusticus.

*Mutatis partibus.* Cõditio-  
nibus vitæ mutatis. Sumptum  
videtur è theatro, & scenâ; in  
qua dicuntur propriè actores  
suas agere partes. *Quis*

Quid statis? nolint. Atqui licet esse beatis.  
 Quid causa est, merito quin illis Jupiter ambas  
 Iratus buccas inflat, neque se fore possit  
 Tam facilem dicat, votis ut praebeat aurem?  
 Præterea, ne sic, ut qui jocularia, ridens  
 Percurrat: quanquam ridentem dicere verum  
 Quid verat: ut pueris olim dant: crustula blandi  
 Doctores, elementa velint ut discere prima.  
 Sed tamen amoto queramus seria ludo.  
 Ille gravem duro terram qui vertit aratro,  
 Perfidus hic caupo, miles, nautaque, per omne  
 Audaces mare qui currunt, hac mente laborem  
 Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,  
 Ajunt, cum sibi sint congesta cibaria. Sicut  
 Parvula, nam exemplo est, magni formica laboris

Nolint. Nō mutabunt suam  
 fortem alterius conditione.

Illis. Illis iratus.  
 Buccas inflat. Succenscat, ex-  
 cādescat. Minitantes, & iracun-  
 di os distorquent, buccas inflāt.

Ne si, &c. Ne rem tantā de-  
 libē leviter; ut solēt facere qui  
 narrant res jocularēs, qui jo-  
 ci, & voluptatis causā scribūt.

Ut pueris, &c. Probat, utile  
 interdū esse ridendo, & jocan-  
 do veritatem aperire, & homi-  
 num vitia carperē: ita sit enim,  
 ut homines facilius inducātur  
 ad emendanda, & pernoctēda  
 sua vitia. Quemadmodū pue-  
 ri, datis crustulis, id est, libis,  
 & placētis, adducuntur, ut pri-  
 ma litterarum elementa spon-  
 te, ac libenter condiscant.

Queramus seria. Causam  
 hujus incōstantiē serio investi-  
 gemus. Ostendit esse avaritiā,  
 seu cupiditatē, quā sit, ut plura  
 semper, & majora optemus, &  
 præsētibz nunquam acquies-  
 camus.

Ille gravem, &c. Agricola.  
 Hac mente, &c. Ordo est:  
 ajunt eo consilio se laborem  
 ferre; ut, cum senes erunt, ha-  
 beant perfrugium suā senectū-  
 ti, & paratam quietem; nem-  
 pe collectis per laborē opibus,  
 & provisīs cibis: sicut formica,  
 quæ, licet parvula, est tamen ani-  
 mal magni laboris (nam hoc  
 utuntur exēplo) ore trahit, &c.

Exemplo est. Porest hoc jun-  
 gi cum sequentibus; est exem-  
 plo magni laboris; id est, exē-

plum

Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo,  
 Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuro.  
 Quæ, simul inversum contristat Aquarius annum,  
 Non usquam proreperit, & illis vitur antè  
 Quæsitis patiens: cum te neque feruidus astus  
 Dimoveat lucro, neq; hyems, ignis, mare,  
 Nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter.  
 Quid juvat immensum te argenti pondus, & auri,  
 Furtim defossa timidum deponere terrā?  
 Quid si comminuas, vilem redigatur ad assem.  
 At, ni id sit, quid habet pulchri constructus acervus?  
 Millia frumenti tua triverit area centum;  
 Non tuus hōc capiet venter plus, quàm meus: ut si  
 Reticulum panis, venales inter, onusto

plum dat, seu, documentum  
 est magni laboris ferendi.

Quæ simul. Simul atque, ubi  
 primum. Ibi incipit Horatii  
 responsio. Vitur cōtra avaros,  
 illo ipso, quod attulerant, exē-  
 plo: Laudatis formicam: benè  
 est: at illa quæsitis vitur, &c.  
 vos nequaquam. Inclinatam  
 in hyemem; mutatam.

Inversum. Annus, cum de-  
 nuō redit, & incipit, dicitur  
 verti, sive reverti.

Aquarius. Signum Cœlestē  
 hyemale, idem atq; Amphora.  
 Huic Sol subjacet, mense Ja-  
 nuario exēunte: pluvias, & fri-  
 gora tristia creare solet.  
 Non usquam, &c. Foras non  
 exit; domi se continet.  
 Dum. Modo. *bis cap. M.*  
 Quid si, &c. Responsio est

avari. At (inquit ille) si ego  
 minuas argenti mei pondus,  
 & summam, eā, ut jubes, utē-  
 do; brevi ad assem, ad ultimū  
 nummum illa redigerur.

At ni id sit. At, responderet  
 Horatius, nisi id facis, nisi  
 quæsitā pecuniā uteris.  
 Millia, &c. Quāvis area tua  
 triverit centū millia modiorū  
 frumenti; non tamen hōc, id  
 est, propter hoc, idcirco, tuus  
 venter, &c.

Reticulum. Sacculum ad pa-  
 nem gerendum, retis in mo-  
 dum factum.

Venales inter. Inter servos.  
 Notum quid Æsopus olim fe-  
 cerit. Ejus herus iter adorna-  
 bat, ducebatq; secum familiā.  
 Venales suum quisq; gestabant  
 onus, patrem aliquam dome-

V,

lice

Fortè vehas humero, nihilo plus accipias, quàm  
 Qui nil portarit. Vel dic, quid referat intra  
 Natura fines viventi, jugera centum, aut  
 Mille aret: At suave est ex magno tollere aceruo.  
 Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquit;  
 Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?  
 Ut, tibi si sit opus, liquidum non amplius urna,  
 Vel cyatho, & dicas, Magno de fumine mallem,  
 Quàm ex hoc fonticulo tantundem sumere. Eo fit;  
 Plenior, ut si quos delectet copia iusto,  
 Cum ripa simul avulsos ferat Aufidus acer.  
 At qui tantulo eget, quanto est opus, is neque limo  
 Turbata haurit aquam, neq; vitâ amittit in undis.

Atque suppellectilis. Aso, us, licet  
 brevi, & imbecillo corpore, in-  
 gentem tibi rei, uti panis ge-  
 titanâ sumpit, ridiculis initiis  
 sociis, ad extremum tamen admi-  
 ratibus, cum eum in dies onere  
 levare animam verteret, pane  
 paulatim consumpto, & comesto.

Quid referat, &c. Quid in ver-  
 sit illius, qui paucis contentus  
 est, & nature necessitate, non  
 avaritiæ l'bidine, sua vota defi-  
 nit, utrum aret centum, an  
 mille jugera?

At suave est. Id objicit avarus.

Dum. &c. Horatii responsio.

Modo ego tantundem ex parvo a-  
 ceruo sumâ, quantum tu è ma-  
 gno; cur laudes ingentia tua  
 horrea, præ nostris exiguis cu-  
 meris? Est cumera vas parvum  
 vimineum, aptum condendo fru-

mento, & alii ebus id genus;  
 Ut tibi, &c. Exempla causâ;  
 si indigeres aqua urnâ tantum,  
 aut calice; id est, si indigeres a-  
 quâ tantâ, quantâ capere urna,  
 vel scyphus potest, ac diceret:  
 Malo sumere ex ingenti flumine,  
 &c. merito ridendus esses;  
 sic, &c.

Liquidum. Liquidum in neu-  
 tro posuit, pro substantivo, li-  
 quor, aqua.

Eo fit, &c. Hinc accidit, ut  
 qui amant copiam superfluum,  
 qui è flumine aliquo copioso,  
 & uberiore malunt bibere, v.g.  
 ex Aufido (est Apuliæ fluvius  
 præcept, ac rapidus) eos, cum  
 parte ripæ avulsâ cadentes, flu-  
 men sapè auferat, hauriatque.  
 Magna cupiditas, nimia ceteris,  
 multis fraudi, & exitio surgit.

At bona pars hominum decepta cupiditate falso,  
 Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis,  
 Quid facias illi? jubens miserum esse, libenter  
 Quatenus id facit. Ut quidam memoratur Athenia  
 Sordidus, ac dives, populi contemnere voces  
 Sic solius: Populus me sibilat, ac mihi plaudo  
 Ipse domi, simul ac nummos contemtor in arca:  
 Tantalus, a labris sibi fugientia captat  
 Flumina. Quid rides? mutato nomine, de te  
 Fabula narratur. Congestis undique saccis  
 Indormis inhians, & tanquam parcere sacris  
 Cogaris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.  
 Nescis quò valeat nummus, quem præbeat usum?

Bona. Magna.

Falso: Quia suam avaritiam  
 excusat gloriæ cupiditate; cum  
 revera non gloriâ, sed opes  
 ipsi quaerant ut patet exemplo  
 illius Athenicis, qui tamen ir-  
 rideretur ob avaritiâ, & contem-  
 neretur, ipse sibi plauderebat.

Tanti sis. Tanti aestimeris,  
 quantas opes habeas.

Quid facias, &c. Quid agas  
 cum homine sic affecto, ita sen-  
 tiente? Sanè omittas illum, &  
 finas esse miserum, suâ miseriâ  
 feui; quatenus, id est, siquidem  
 libenter id facit, ipse suâ mi-  
 seriâ delectatur, se ipse misere-  
 rum facit.

Sordidus. Avarus, inobedo-

Sibilat. Explodit, irridet.

Tantalus, &c. Postquam ea,  
 quæ ab avaris objiciuntur, re-

feravit, ostendit jam eos re ipsa  
 licet sibi intus, ac domi plau-  
 dant, esse miseros, similesque  
 Tântalo, qui sitiens capere avert,  
 ac haurire flumina; ab ipsius  
 labris fugientia. De Tântalo  
 vide Od. penult. Epod.

Quid rides? Inducitur avarus;  
 ridens Horatium, quâsi  
 bonarum rationum inopiâ cor-  
 ruptum ad fabulas confugere.

Mutato nomine, &c. Tu es  
 ille Tântalus, idem ac ille fa-  
 cis: pone tuum nomén pro  
 illius nomine; in te res tota,  
 & fabula ista conveniet.

Sacris. Tanquam à rebus  
 sacris abstinere.

Quò valeat, &c. Quis nomi-  
 morum esse usus, fructusque  
 debeat? Is est nempe, ut emâ-  
 tur panis, &c.

Panis ematur, olus, vini sextarius: adde,  
 Quis humana sibi doleat natura negatis.  
 An vigilare metu exanimem, noctesque, diesque,  
 Formidare malos fures, incendia, servos,  
 Ne te compilent fugientes, hoc jurat? Horum  
 Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.  
 At si condoluit tentatum frigore corpus,  
 Aut alius casus lecto te affixit, habes, qui  
 Assideat, fomenta pariet, medicum roget, ut se  
 Suscitet, ac reddat gratis, carisque propinquis.  
 Non uxor saluum te vult, non filius; omnes  
 Vicini oderunt, noti, pueri, atque puella.  
 Miraris, cum tu argento post omnia ponas,  
 Si nemo praestet, quem non merearis, amorem?  
 At si cognatos, nullo natura labore

Quos tibi dat, retinere velis, servareque amicos.

Infelix operam perdas: ut si quis a sellum.

In campo doceat parentem currere franis.

Sextarius. Mensura capiens  
 cyathos, seu calices commu-  
 nes 12. sexta pars congii.

Adde, &c. Adde res huma-  
 narum vite, & naturae necessarias:  
 quas illi si neget, meritò doleat.

An vigilare, &c. An putas  
 eò valere nummos, idcirco  
 tibi datos, ut vigiles metu exa-  
 nimis, &c.

Compilent. Spolient.

Hoc jurat? Hoccine te de-  
 leat? hoccine tandem est o-  
 pum utilitas?

At si, &c. Verba sunt avari:  
 At habebo, qui mihi aegrotan-  
 ti assideat, cyocet medicum.

De-

Denique sit finis quarendi: cumque habeas plus,  
 Pauperiem metuas minus, & finire laborem  
 Incipias, parvo quod auebas: nec facias quod  
 Umidius quidam (non longa est fabula) dives,  
 Ut metiretur nummos; ita sordidus, ut se  
 Non unquam servo melius vestiret: ad usque  
 Supremum tempus, ne se penuria victus  
 Opprimeret, metuebat: at hunc liberta securi  
 Divisit medium, fortissima Tyndaridarum.  
 Quid mihi igitur suades? ut vivā Mævius? aut sic,  
 Ut Nomentanus? Pergis pugnantiā secum  
 Frontibus adversis componere. Non ego avarum  
 Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem.  
 Est inter Tanaim quiddam, focerumque Viselli.

Quarendi. Opes cogerendi.

Cumque, &c. Siquidem ha-  
 bes plura, cum rebus plurimis  
 abundes; vide ut in minore  
 paupertatis metu sis.

Parvo. Siquidem cōparasti.

Dives, ut, &c. Ita dives, ut  
 nummos nō, ut sit, numeraret,  
 sed eorum acervos metiretur.  
 Vel, qui idcirco tantū videba-  
 tur esse dives, ut nummos me-  
 tureret, non ut iis uteretur.

Vitās. Ciborum.

Divisit. Eum interfecit, ac  
 secuit in duas partes.

Fortissima, &c. Non secus;  
 ac si fuisset altera Clytemne-  
 stra, Tyndari filia, quae Aga-  
 memnonem Interemit, securi  
 in caput impacta. Porro ea  
 vox, Tyndarida, liberos Tyn-  
 dari significat.

Ut vivā, &c. An mihi sua-  
 des, ut vivā intar Mævii, aut  
 sicut Nomentanus? (duo erant  
 famosi nepotes, ac prodigi.)

Pergis, &c. Respondet Hora-  
 tius: At tu pergis malè ratio-  
 cinari; & cōjungis simul duas  
 res planè oppositas, nempe a-  
 varitiā cum prodigalitate, lu-  
 xum istorum ganeonum, cum  
 honesta frugalitate; ad quam  
 te hortor, dum ab avaritia de-  
 terreo. Componi adversis frō-  
 tibus proprie dicuntur gladiato-  
 res pugnaturi.

Vappam. Nebulonem, hel-  
 luonem. Proprie est vappa vi-  
 num acefcens, ac fugiens.

Est inter Tanaim, &c. Dis-  
 crepant inter se duo illi, quos  
 probe nōsti, Tanais, & Visel-  
 li focer. Si alteri sis dissimi-

Est modus in rebus, sicut certi denique fines,  
 Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.  
 Illis, unde abis, redeo: nemōne, ut avarus  
 Se probet, ac potius laudet diversa sequentes?  
 Quodque aliena capella gerat discentius uber,  
 Tauscat, neque se majori pauperiarum  
 Turba comparet; hūc atq; hūc superare labores?  
 Sic festinanti semper locupletior obstat:  
 Ut, cum carteribus missos rapit unguula currus,  
 Instat equis auriga, suos vincenitibus, illum  
 Præteritum tempens extremos inter euntem.  
 Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum  
 Dicat, & exacto contentus tempore vita,  
 Cedat, uti convirga satur, reperire queamus.

his, non continuo alteri simili-  
 lis eris: laborabant illi aliquo  
 opposito corporis vel animi  
 morbo; v.g. alter cæcus, alter  
 cæcus erat, aut alter sumptuo-  
 sus, & lautus, alter præpareus,  
 & sordidus, ita si avarus esse  
 desinas, non continuo sis oportet  
 effusus prodigus, & ganeo.  
 Nemōne, &c. Miratis est, & indignantis:  
 Qui fieri tandem potest,  
 ut avari sua sorte contenti  
 non sint, (quod iustitio dicebā)  
 & tabescant, quod vicini capellæ  
 suis sint pinguiores? neque  
 id secum reputent, quā multos  
 pauperibus ditiores, lautioresq;  
 sint; sed quā paucis divitibus  
 pauperiores; e quibus hunc atq;  
 hunc superare opibus laborent?  
 Sic festi-

nantibus ditescere occurrit  
 semper aliquis ditior, qui ho-  
 mines urat, ac moretur.

**Carceribus.** Carceres, locus  
 ille dicitur, seu repagulum, ex  
 quo in Circū equi admittuntur,  
 & currere occipiunt.

**Missos.** Emillos.

**Ungula.** Equi unguilā præditi.

**Instat.** Eos urget, a quibus  
 vincitur; eos antevertere nititur.

**Illum, &c.** Contemnens, &  
 non respiciens alios, quos præterit;  
 qui in extremo currunt pulvere;  
 sed illos tantum, qui antecedunt,  
 a quibus sui equi vincuntur.

**Inde fit, &c.** Ordo est: inde  
 fit, ut raro queamus reperire  
 hominem, qui se dicat, &c.

Jam

Jam satis est, ne me Crispini scrinia lippī  
 Compilasse putes, verbum non amplius addam  
 Crispini. Erat Stoicus, Philosophus,  
 & Poëta, multorum citta, capsula, in  
 quam abundanter chartæ, &c.  
 Compilasse. Scrutatam, ac

## S A T Y R A II.

Dum improbi vitia quædam fugiunt, incidunt  
 in contraria.

**Ambubasarum collegia, pharmacopole,**  
 Mendaci, mima, balatrones, hoc genus omne  
 Mæstum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.  
 Quippe benignus erat. Cōtrā hic, ne prodigus esse  
 Dicatur metuens, inopi dare nolit amico,  
 Frigus quo, duramque famem depellere possit.  
 Hunc si percuncteris, avi cur, atque parentis  
 Præclarā ingrātā stringat malus ingluvie rem,  
**Ambubasarum.** Tibicina-  
 rum; a Syrā voce, ambub, quæ  
 tibia m significat.  
**Collegia.** Cœtus, sodalitates.  
**Pharmacopola.** Vnguentarii,  
 pigmentarii, unctores, &  
 balneatores.  
**Balatrones.** Scurræ, ac parasti;  
 a biraatro, unā litterulā mutata  
 dicti, quod in ventris baratrum,  
 omnia demittant; vel, a Servilio  
 Balatrone, uno ex illis in primis  
 famose, de quo sæpe Horatius.  
**Tigelli.** Tigellius natione  
 Sardus, artis musicæ peritus, &  
 non infacetus scurra, gratus  
 unde nil ipsi restet.

V 4

*Omnia conductis coemens opsonia nummis;*

*Sordidus atque animi quod parvi nolit haberi;*

*Respondet: laudatur ab his, culpatur ab illis.*

*Fufidius vappa famam timet, ac nebulonis;*

*Dives agris, dives positus in faenore nummis.*

*Quinas hic capiti mercedes exsecrat, atque*

*Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget.*

*Nomina sectatur, modo sumptâ veste virili,*

*Conductis.* Mutuo acceptis, dat, sed ex illis demit quin-  
faenori sibi datis, pro quibus que, ac pro faenore, in ante-  
mercedem solvere debeat. cessum, sumit.

*Opsonia.* Cibaria, dapes.

*Sordidus, &c.* Respondet id est luxu perditior, ac protigatior, tanto acrius illum urget  
se facere, quod nolit haberi Fufidius, & graviori faenore  
sordidus, &c. maetare properat, ac perdere.

*Fufidius, &c.* Fufidius faenerator, licet agros opimos habeat, licet ingentem quaestum ponendis in faenore nummis faciat, quinasque mercedes capiti exsecrat, &c. tamen parca vivit, ac duriter, timens ne vappa, id est, prodigus, ac nebuloso habeatur.

*Capiti.* Summe integre, faenori data; quae fors etiam dicitur.

*Mercedes.* Usuras: usura enim est merces pecuniae mutuo data, & quasi fructus.

*Exsecrat.* Adimit ab integra summa, v. g. dat mutuos centum nummos, eâ lege, ut exaeto mense, quinque nummos lucretur pro mercede: ac forte non totos nummos centum

*Sub patribus duris tyronum. Maxime, quis non,*

*Jupiter, exclamet, simul atque audivit? An in se*

*Pro quaestu sumptum facit? Hic? vix credere possis*

*Quam sibi non sit amicus: ita ut pater ille, Terentio*

*Fabula quem miserum nato vixisse fugato*

*Inducit, non se pejus cruciaverit, atque hic.*

*Si quis nunc quarat quod res hac pertinet? illuc;*

*Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.*

*Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.*

*Nil medium est.*

17. quo deponebatur Pretexta.

*Maxime, &c.* Ordo est: quis non exclamet: O maxime Jupiter! simul atque audivit hæc à Fufidio fieri?

*At in se, &c.* At, inquit aliquis, iste Fufidius, in se, id est, in suo victu, vestitu, &c. sumptum facit pro quaestu, id est, accommodatâ tanto quaestui, nempe ingentem, & lautum? Hic verò (respondet Horatius, vel quilibet alius) vix credas quam parum sibi indulgeat.

*Pater ille.* Heautontimorumenus; sive, Menedemus.

*Fabula quem, &c.* Qui inducitur in Comœdia Terentiana se ipse discrucians, & puniens, quod acerbitate suâ filii domo propulisset, &c. Vide notas in Terentium, qui nuper expurgatus à nobis prodit.

*Atque hic.* Quam hic faenerator, &c.

rator, &c.

*Quod res hæc, &c.* Quid mihi istis velim, quorsum hæc attulerim?

*Pastillos.* Quidam, ut Rufillus, odores semper suaves efflant, ob pastillos, quos assidue in ore habent. Pastilli sunt offæ quædam, instar exiguerum panum, interdum planæ, alias rotundæ, ex odoratis succis confectæ, &c. Alii, ut Gorgonius, semper olent hircum, id est, efflant odorem terrum, ac virulentum; quia sunt obsoleti semper, incœpti, & squallidi, semper in pædore, & sordibus.

*Hircum.* Est odor gravis, qui sub axillis nascitur, ob sudorem incoctum: ita dicitur ab hircò, animali admodum olido.

*Nil medium.* Nesciunt consistere in medio; in quo tamen virtus,

## S A T Y R A III.

Aliena pervidemus vitia, nostra ignoramus. Multa sunt amicis comiter ignoscenda, neque omnia, ut Stoici docent, in scelerum numero ponenda.

**O**mnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos  
Ut nunquam inducant animum cantare rogati;

Injussi nunquam desistant. Sardus habebat

Ille Tigellius hoc. Casar, qui cogere possit,

Si peteret per amicitiam patris, atque suam, non

Quidquam proficeret: si collibisset, ab ovo

Usque ad mala citaret, Io Bacche, modo summam

Voce, modo hac, resonat qua chordis quattuor, imam

Omnibus, &c. Incipit a cantorum, & Tigellii cujusdam insectatione: mox velut e media audientium turba sibi opponit adversarium, quaerentem, an ipse, qui alios tam liberè insectatur, immunis ab omni vitio sit? Qua ex interrogacione totius sermonis occasio bellicosissima nascitur.

Inducant animum. Velint, exorari se patiuntur, ut carent.

Sardus. Natus in Sardinia, insulam prope Italiam, ad Siciliae latus.

Habebat hoc. Hoc vitio laborabat.

Casar. Augustus.

Parris. Julii Caesaris, a quo adoptatus fuerat.

Si collibisset. Si libido eum

cantandi cepisset.

Ab ovo, &c. Per totam cecanam. Hanc enim ducebant ab ovis, finiebant in pomis, & fructibus. Hinc, ab ovo aliquid narrare, id est, a primo initio rem repetere.

Citaret. Clara, & alta voce caneret. Vnde, recitare, est, palam, & clarè dicere.

Io Bacche. Initium est Bacchicæ, & potioræ cantilenæ.

Summâ. Acutissimâ. Imâm gravi, & depressâ. Ordo est, modo canebat altâ voce, modo hac imâm, quæ resonat, sive, contra sonat, ac respôdet chordæ imæ in instrumento chordarum quatuor. Sententia est, Tigellium organo illi suo, quod tetrachordon erat, voce acci-

Nil aequale homini fuit illi: sapè velut qui

Currebat fugiens hostem; per sapè velut qui

Junonis sacra ferret: habebat sapè ducentos,

Sapè decem seruos: modò Reges, atque Tetrarchas,

Omnia magna loquens; modò, Sit mihi mensa tripes &

Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,

Quamvis crassa, queat. Decies centena dedisses

Hic parco, paucis contento; quinque diebus

Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsam

Manè, diem totum stertebat: nil fuit unquam

Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi: Quid tu

Nullane habes vitia? Imò alia, haud forlasse minorâ

Manius absentem Nevium cum carperet: Heus tu,

Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis

mentem, ita temperasse sonos,

ut chordæ acutæ vocem acutam, imæ imam accomodaret.

Nil aequale, &c. Pergit insectari Tigellium. Erat homo inconstantissimus: sapè currebat velut qui fugit hostem; sapè lento, & composito passu incedebat, velut qui, perinde ac si Junonis sacra vasa, & fercula imposita capiti deferret in publica supplicatione.

Tetrarchas. Rege est minor Tetrarcha, eumque sonat, qui quartam regni, aut dittonis partem obtinet.

Sonans. Loquens: quasi Regum illorum amicus intinuis foret.

Concha, &c. Salinum nitidum ex concha, aut concha in morem factum,

Loculis. Crumena.

Impar. Dissimile, discrepans à seipso.

Imò, &c. Respondet Horatius: Fateor, habeo mea quoque vitia, & fortasse majora, Tigellii, quem carpo, vitiiis: neque id facio quod Manius; qui cum absentem Nevium vituperaret, diceret quod illi nonnemo qui aderat, Heus tu, an te ignoras, an tibi ipse ignotus es? an speras nos fallere, & latere? probè te novimus, & ipso Nevio pejorem esse scimus: Manius respondit se quidem

Verba putas? Egomet mihi ignosco, Manius inquit.

Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari;

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis;

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,

Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? At tibi contra

Evenit, inquirant vitia, ut tua rursus & illi.

Iracundior est paulo, minus aptus acutis

Naribus horum hominum: videri possit, eò quod

Rusticius tonsa toga desuit, & male laxus

In pede calcens haret. At est bonus, ut melior vir

dem aliòs carpere libenter, ac liberaliter; ac sibi ignoscere, de se ipso tacere, secum lenius agere.

*Hic amor.* Quo nobis, ut manius, omnia ignoscimus.

*Notari.* Reprehendi. Notabant proprie Censores civem, quicquid deliquisset.

*Inunctis.* Aliquò unguento, & collyrio delibutis, quo acies oblimatur vel lippientibus.

*Aut aquila.* Aquilæ, & dracones, acerrimæ sunt oculorum acie.

*Epidaurius.* Sacer Æsculapio, medicorum Deo præfuli; qui Epidauri (est urbs Græciæ in Peloponeso) præcipue colebatur. Idcirco autem serpens Æsculapio facer est; quia serpens ad multa remedia utilis est. Adde ex historia Romana, quòd cum pestilentia Romæ laboraretur, responsum est ab oraculo, ita salvos cives fore,

si è Græcia Æsculapium adhereret. Legati Epidaurum cum trirème sunt profecti: factumque est, ut ingens anguis ad trirèmem adnaverit, seque in puppi composuerit in gyrum: quem illi cum Æsculapium putarent esse, Romam in triumpho duxerunt.

*Et illi.* Ut illi, quos carpis, tua quoque; vitia investigent.

*Iracundior, &c.* Est aliquis paulò ad iram propensior quam par sit, ineptus ad congressus hominum dicacium, quorum scommata ferre non potes; jure illum irrideas, quia non est eleganter, & scite tonsus, & habet togam male compositam, & ab una parte male pendentem, &c. Esto: at vir est bonus, ut nemo sit eo melior; ac est amicus tuus; ac ingenium cultum in corpore inculto gerit: cur illi non ignoscas?

*Horum hominum.* Qui nunc

vi:

Non aliis quisquam: ac tibi amicus, ac ingenium ingens

Inculto latet hoc sub corpore. Denique te ipsum

Concutes, num qua tibi vitiorum in se perit olim

Natura, aut etiam consuetudo mala: namque

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Illuc pravertamur, amatorem quòd amica

Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc

Delectant, veluti Balbinus polypos Agna

Vellem in amicitia sic erraremus; & isti

Errori nomen virtus posuisset honestum.

*At, pater ut nati, sic nos debemus amici,* quibus collimus iri

*Si quod sit vitium, non fastidire.* Strabonem

*Appellat patrum pater; & pullum, male parvum;* quod

*Si cui filius est, ut abortivus fuit olim;* quod

*Sisyphus: hunc varum distortis curibus, illum* quod

vivunt; vel, certorum, quibus

scum versatur

*Concutes.* Examina, expende.

*Nū qua, &c.* Nū aliqua vitia

*Inseverit.* Ingeneraverit, in-

diderit.

*Namque, &c.* Ferax vitiorum

est natura corrupta, nisi evel-

latur. Sic sua spòte nascuntur in

agris incultis filices, & paliuri

*Illuc, &c.* Illud ante omnia

faciamus: imitemur eos qui a-

mant, qui; veluti cæcutiunt in

earum vitiis, quas amant. Ita

Plaut in Milite: *Hoc primum*

*praverti deceo*, id est, ante cæ-

tera omnia fieri. Vel, sententia

est: omittamus nunc tua vitia

excutere: illud potius conside-

remus, quòd amatores excu-

rant, & ignorant fore vitia a-

micarum; illosque imitemur.

*Polypos.* Narium morbus;

cum charo intus crescens; & in

multos ramulos divisa, nares

obstruit: dictus à polyto, pisce

quodam, qui multis fibris,

tanquam pedibus, nititur; de

quo Plin. lib. 9. cap. 20.

*Strabonem.* Qui oculos dis-

torstos habet.

*Petrum.* Cui oculi mictantes,

& semiclausi sunt. Strabo est o-

culis planè distortis, inquit

Porphyrio; patus, lexiter de-

clinatis.

*Pullum.* Pusillum. modum

*Male parvus.* Supra modum

parvus.

*Abortivus.* Ante tempus so-

litum, & imperfectè natus.

*Sisyphus.* Puer, Antonii Tri-

viii



Balbutit scaurum pravis fultum male talis  
 Parcus hic vitis; frangi dicatur: ineprus  
 Et jactantior hic paulo est; concinnus amicis  
 Postulat ut videatur: at est truculentior, atque  
 Plus aequo liber; simplex, fortisque habeatur.  
 Caldior est; acres inter numeretur. Opinor,  
 Hac res & jungit, junctos, & servat amicos.  
 At nos virtutes ipsas invertimus; atque  
 Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis  
 Nobisum vitis; multum est demissus homo: illi

yiri pumilio, duos pedes altus, quâ ex voce factum olim cognomen nobilissimæ Romanorum familiæ.

*Postulat, &c.* Videri expetit, haberi vult urbanus inamicos, elegans, & fettivus.  
*Simplex.* Qui candidè quid sentiat eloquitur, & sine ambagibus.  
*Invertimus.* Ipsas virtutes in vitia quasi vertimus, vitia interpretamur, vitiorum nomine donamus.  
*Sincerum, &c.* Cùm vasa errant male costâ, vel aliquid in iis erat odoris mali, liniebantur intus oleo quodam, & glutine; unde fiebat incrustatio quædâ, & rectorium in ipso vase: non verò cùm erant probas, & sinceras, id est, puras, inæ corrupta. Sécetia est: nos actiones bonas, & dotes amicorum inquinamus, eas vitiorum nomine inducendo, & oblinendo.  
*Demissus.* Abjectus, exigui animi.

*Scaurum, &c.* Idem pater alium suum filium, qui tales habet vitiosè compactos, balbutit, id est, balbutiendo appellat, tremulâ, & fractâ voce dicit esse scaurum. Scauri vocantur, qui vitio aliquo talorum laborant, quibus inflexo, & inverso talo pedes distorti sunt:

Tarde, cognomen pingui damus. Hic fugit omnes  
 Infidias, nullique malo latus obdit apertum,  
 Cùm genus hoc inter vita ter setur, ubi aeris  
 Invidia, atque vixent ubi criminas, pro bene sano;  
 Ac non incanto, fictum, asutumque vocamus.  
 Simplicior si quis (qualem me sepe libenter  
 Optulerim tibi, Meccenas) ut fortè legentem  
 Aut tacitum impellat, quovis sermone molestus;  
 Communi sensu planè caret, inquamus. Eheu,  
 Quàm temerè in nosmet legem sancimus iniquam!  
 Nam vitii nemo sine nascitur: optimus ille est.

*Qui minimis urgetur.* Amicus dulcis, ut æquum est, cum mea compenset vitii bona, pluribus hisce, si modo plura mihi bona sunt, inclinet, amari. *Si voler: hac lege in crutina ponetur eadem.*  
*Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,*

*Pingui, &c.* Pinguem, & crassium vocamus eum, qui paulo est tardior, ac legnior.

*Malo.* Infidiis, periculo.

*Obdit.* Offert, detegit. Metaphora sumitur à gladiatoribus, qui cavent inter pugnam, ne quis pateat in suo corpore vulnere locus.

*Cum genus, &c.* qui cum hominibus ejusmodi versatur, est in eo vicæ genere, & instituto, ubi multi sunt invidi, multi delatores, criminatores.

*Qualem, &c.* Qualis fieri facile potest, ut ad te accesserim, o Meccenas, importunè me tibi obrudens. Libenter, in hoc loco, idem est, ac, parum consideratè; cùm volun-

tati plus, & indoli tribuitur, quam judicio, & prudentiæ.  
*Ut fortè, &c.* Adeo, ut amicum, qui quid legat, qui sileat, interpellet, eique in omni sermone sit molestus, compellendo, & obsterpendo.  
*Cum mea, &c.* Transpositio: compenset mea bona cum vitiiis meis; suppleat, excuset vitia virtutibus.  
*Inclinet, &c.* Favcat. Amet me ob bona plura, potius quam oderit, ob mala pauciora, & vitia: par pari referat, & eadem utat in eum crutina.  
*Qui ne, &c.* Qui cupit, ut amicus ignoscat suis tuberibus, id est, gravioribus peccatis: ille, & crutina amici, hoc est, le-

Postulat, ignoscat verrucis illius: aquum est  
 Peccatis veniam poscentem, reddere rusus.  
 Denique, quatenus excidi penitus vitium ira,  
 Cetera item nequeunt stultis harentia; cur non  
 Ponderibus, modulisque suis ratio vitur, ac res  
 Ut quaque est, ita supplicii delicta coëscet?  
 Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus,  
 Semefos pisces, tepidumque liguriërit jus,  
 In cruce suffigat; Labeone insaniore inter  
 Sanos dicatur. Quanto hoc furiosius, atque  
 Majus peccatum est? paulum deliquit amicus,  
 Quod nisi concedas, habere insuavis, acerbis;  
 Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor aris;

vioribus vitiis ignoscat. Ver-  
 ruca est caruncula durior, que  
 interdum in digitis excrevit,  
 vel fronte, instar tuberculi.

*Aquum est, &c.* Decet eum,  
 qui posseit veniam sibi dari, &  
 suis peccatis, eam vicissim do-  
 nare alteri, & alienis vitiis  
 ignoscere.

*Quatenus, &c.* Ad extre-  
 mum, siquidem ira, atque alia  
 vitia, hominibus insira, peni-  
 tus eradicari nequeunt, &c.  
 Concludit esse partim in aliis  
 ferenda, & condonanda, par-  
 tim corrigenda moderatè, &  
 pro ratione culpæ; quæ alias  
 levior, alias gravior est, non  
 semper eadem, & par, ut Stoici  
 volebant; contra quos, hæc ar-  
 repta occasione, disputat ex-  
 tremâ totâ Satyrâ.

*Stultis, Ita Stoici vocabant*

omnes, qui sapientes, & virtu-  
 te præditi non essent. Vide  
 Ciceronem in Paradoxis.

*Res, ut quæq; est.* Ut quæque  
 culpa est; seu levis, seu gravis.  
*Tollere.* E mensa.

*Liguriërit.* Digitis lingendo,  
 aut lambendo linguâ, hauserit.

*Labeone.* M. Antistius Labeo,  
 jurisconsultus peritus ille qui-  
 dem, at Augusto infensus; in  
 quem multa dixerat proterve;  
*Quanto hoc, &c.* Quâto hoc  
 vitium factum furiosius est, quâ-  
 to gravius peccas, quàm ille  
 dominus; cum amicum odisti,  
 ob leve delictum, quod nisi  
 condones, meritò dicaris in-  
 suavis? &c.

*Drusonem.* Fœceratorem a-  
 liquem, eundemque pessimum  
 historicum, aut Cerronem

Qui

Qui nisi, cum tristes misero venère Calenda,  
 Mercedem, aut nummos, unde unde extricat; amaras  
 Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.  
 Commixit lectum potus, mensæve catillum  
 Evandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem,  
 Aut positum ante meâ quia pullum in parte catinæ  
 Sustulit esuriens, minus hoc jucundus amicus  
 Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit, aut si  
 Prodidit commissâ fide, sponsumve negavit?  
 Quis paria esse ferè placuit peccata, laborant,  
 Cum venum ad verum est: sensus, moresque repugnant;  
 Calenda. Quia Calendis usu-  
 ræ solvèbantur.

*Mercedem.* Usuram.

*Nummos.* Caput, sive sortem.

*Unde, &c.* Alicunde parat,  
 extunditque.

*Amaras historias.* Fabulas  
 insulas, aut historias, quas ille  
 Druso ipsi denarrabat, & quas  
 audire cogebatur, ut captivus,  
 porrecto jugulo, id est, atten-  
 tissimè, ut solent qui se arri-  
 gunt ad audiendum: vel, quasi  
 excandus molestâ narrationû  
 anilium recitatione. Vide ulti-  
 mos versus Artis Poeticæ; ubi  
 molestus recitator hominè te-  
 nere legendos, & occidere dici-  
 tur.

*Commixit, &c.* Amicus tuus,  
 benè pransus, & potus, lecto  
 lectum fœdavit, in quo ad mè-  
 sam accumbat.

*Evandri, &c.* Adeoque an-  
 riquum, & fragilem. Evander

Aneam olim hospitio excep-  
 rat. Vide Virgil.

*Commissâ fide.* Arcana. Fide,  
 pro fidei, ut apud Virg. die,  
 pro, dici, &c.

*Sponsumve, &c.* Inficiatus sit  
 aliquod promissum, solemnè  
 formulâ, & stipulatione factû.

*Quis placuit, &c.* Stoici,  
 qui ajunt, omnia peccata esse  
 paria, laborant, id est, difficile  
 se expediunt, opinionem suam  
 tueri commode nequeunt, cum  
 ipsa rei veritas expeditur: huic  
 enim Stoicorum placito repu-  
 gnat ipse communis hominum  
 sensus, qui aliter vulgò existi-  
 mant; mores etiam, & consue-  
 tudo adversantur; deniq; utili-  
 tas; quia utile est, non esse pa-  
 ria peccata, neque pares omni-  
 bus penas irrogari: ut homines  
 à gravioribus flagitiis deter-  
 reantur penarum graviorum  
 metu.

X

Atque ipsa utilitas, iusti prope mater, & aquis  
 Cum prorepserunt primis animalia terris,  
 Mutum, & turpe pecus, glandem, atq; cubilia propter  
 Unguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porra  
 Pugnabant armis, qua post fabricaverat usus;  
 Donec verba, quibus voces, sensusque notarentur,  
 Nominaque invenire: dehinc absistere bello,  
 Oppida caperunt munire, & ponere leges;  
 Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter:  
 Nam fuit ante Helenam mulier ceterissima belli  
 Causa: sed ignotis perierunt mortibus illi,  
 Quos, Venerem incertam rapientes more ferarum,  
 Viribus editior cadebat, ut in grege taurus.  
 Jura inventa metu iniusti fateare necesse est;  
 Tempora si, fastosque velis evolere mundi.  
 Nec natura potest iusto secernere iniquum,  
 Dividit ut bona diversis, fugienda petendis

**Iusti mater.** Ob utilitate enim, & ad conservandum suum cuiq; jus inventæ sunt leges.

**Cum, &c.** Paria esse peccata adcirco affirmabat Stoici, quod iustum, & iniustum in natura ipsa fundatum esset: quæ natura eum eadem in omnibus hominibus reperiretur, erat eadem quoque dignitas iusti, & iniusti gravitas. Horatius negat iustum ab natura oriri, sed ab legibus, quarum originem altius repetit, & ab utilitate publicâ, quæ quid iustum, & iniustum sit, maxime demonstravit.

**Primis.** Recens creatis. Cum in terram homines primo emerserunt,

**Mutum, &c.** Homines, inquit, mutarum pecudum, propter glandem, quâ unâ tum vesciebantur, pugnabant, primò pugnis, & unguibus, deinde fustibus, postremò armis.

**Viribus editior.** Qui potentior erat: viribus superior.

**Fastos.** Annales, Fasti, libri erant, in quibus Romani describebant ea, quæ toto anno fierent: ponebatur initio nomen Consulium. Ea vox interdum pro quodam Calendarii genere ponitur.

**Nec natura, &c.** Natura sola per se non potest, sine legum adminiculo, iustum ab iniusto discernere: quemadmodum sola

Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet, idemque  
 Qui teneros caules alieni fragerit horti,  
 Et qui nocturnus Divum sacra legerit. Adista  
 Regula, peccatis qua panas irroget aquas:  
 Ne scutica dignam, horribili scètere flagello;  
 Nam, ut ferula cadas meritum majora subire  
 Verbera, non vereor; cum dicas esse pares res  
 Furta latrocinii, & magnis parva, meritis  
 Falce recisurum simili te, si tibi regnum  
 Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,  
 Et sutor bonus, & solus formosus, & est Rex;  
 Cur opas quod habes? Non nâsi quid Pater, inquis;

per se dividit, & distinguit ea, quæ animali cuique bona, & utilia sunt, ab iis quæ sunt diversa, id est, mala, & noxia. Vincet. Probabit.

**Legerit.** Furatus sit: hinc sacrilegus.

**Scutica.** Loro leviori.

**Nam, ut, &c.** Non enim vereor ne cadas tantum ferulam eum qui meritis sit subire majora supplicia: scio te id non facturum: non futurum adeò lenem; quippe qui parva putes esse furta latrocinii (furta fiunt clam; latrocinia palam, & atrocius) & mineres te recisurum, id est, emendaturum simili falce, hoc est, iisdem penis, parva peccata magnis, id est, æquæ atque magna. Vox, idem, similis, &c. cum dandi casu sæpe jungitur, more Gregoriam, Noto hâc dici posse,

ut hoc facias, pro, ne facias, contra vulgarem grammaticorum regulam: vel, esse recurrendum ad ingeniosam explicationem Lambini, nempe particulam, ut, non esse cum verbo, vereor, conjugendam sed totam illam, quæ antecedit, orationem suo loco, & separatim legendam esse, homodo, nam ut ferula cadas eum qui majora verbera subire meritis sit; non vereor; subaudi, ne id facias.

**Si dives, &c.** Arripit, exagitatque postremam hanc Stoicæ voculâ, si tibi regnum permittant homines; si te Regem creare velint: Cur id optas, nempe Rex esse, o Stoice; jam Rex es, siquidem qui sapiens est, solus est dives, sutor, Rex.

**Chrysiptus.** Zenonis auditor, Stoicæ sectæ philosophus;

Chryseppus dicar: sapiens crepidas sibi nunquam,  
 Nec soleas fecit, sutor tamen est sapiens: quò?  
 Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque  
 Optimus est modulator: ut Alfenus vaser, omni  
 Abiecto instrumento artis, clausaque tabernâ,  
 Sutor erat: sapiens operis, sic optimus omnis  
 Est opifex solus, sic Rex. Vellunt tibi barbam  
 Lascivi pueris, quos tu nisi fusse coerces,  
 Urgeris turba circum te stante, miserque  
 Rumperis, & lacras, magnorum maxime Regum.  
 Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum  
 Rex ibis, neque te quisquam stipator, ineptum  
 Præter Crispinum, sectabitur; & mihi dulces  
 Ignoscent, si quid peccavero stultus, amicis  
 Inque vicem illorum patiar delicta libenter,  
 Privatiusque magis vivam te Rege beatus.

quam in multis auxit, & inter-  
 polavit.

Ut quamvis, &c. Responsio  
 Stoici: quemadmodum Hermo-  
 genes optimus est cantor, quã-  
 vis taceat; ut Alfenus erat o-  
 ptimus sutor, licet non tracta-  
 ret: re ipsa subulam, & sutri-  
 nam haberet clausam: sic, &c.

Hermogenes. Hermogenes Ti-  
 gellius erat Augusti cantor, di-  
 versus ab Tigellio Sardo, quem  
 in Satyre limine mortuū ponit.

Alfenus. Antea sutor, postea  
 jurisconsultus Romæ clarissi-  
 mus, & Consul; Catullo, &  
 Virgilio amicissimus.

Vellunt, &c. Probat, non esse  
 Regem, qui hæc à pueris patiat.

Lascivi. Protervi, proceres.  
 Philosophi quidam, ut Gynici,  
 Romæ ludibrio, etiam pueris,  
 erant.

Rumperis. Clamando.

Quadrante. Merces, publi-  
 cis balnearioribus dari solita,  
 quadrans erat, id est, quarta pars  
 assis: exigua moneta ærea.

Stipator. Comes: propterea  
 stipatores dicuntur illi milites,  
 qui Regum latera protegunt  
 armati.

Stultus. Per imprudentiam:  
 vel forte, quia Stoici eos om-  
 nes, qui quid peccarent, stul-  
 tos vocabant.

Magis. Magis beatus, feli-  
 cior te, qui tuo iudicio Rex es.

## SATYRA IV.

Se, primum: deinde Satyricos Vates excusat.

Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque Poeta,  
 Atque alii, quorum Comœdia prisca virorum est,  
 Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,  
 Quod mæchus foret, aut sicarius, aut alioqui  
 Famosus, multâ cum libertate notabant.  
 Hinc omnis pender Lucilius, hocse securus,  
 Mutatis tantum pedibus, numerisque, factus,  
 Eminentia naris, durus componere versus:

Eupolis. Poeta Comicus  
 Græcus, qui populo in primis  
 charus, & in carpendis vitiiis  
 liberrimus fuit.

Cratinus. Atheniensis; floruit  
 tempore belli Peloponnesiaci; ho-  
 mo vinosus, & gulæ deditus.

Aristophanes. Hæc ita mul-  
 to post Cratinum floruit: extant  
 ejus Comœdiæ facetissimæ:  
 Socratem maxime exagitavit.

Comœdia prisca. Olim Co-  
 mœdia nil aliud erat, quam  
 carmen quoddam; à rusticis,  
 confecta vindemia, in honore  
 Bacchi recitari solitum: mox  
 inventa, & addita personæ; jã-  
 ctata in obvios convicia: nota-  
 ti etiam amaro joco ceteri ho-  
 mines, in vitiis vulgo: quæ liber-  
 tas deinde verita legibus fuit,  
 cautumque deinceps, ne quis in  
 Comœdia describeretur, & vo-

mine appellaretur. Huic veteri  
 Comœdiæ nova, & modestior  
 successit, in qua, fictis argu-  
 mentis, & personis, quotidiani  
 mores describuntur. Vide Ho-  
 rat. in Arte Poëtica. Ordo au-  
 tem hic est: Eupolis, Cratinus,  
 &c. & alii Poetæ, quorum est  
 prisca Comœdia, id est, qui in  
 ea floruerunt, notabant multa  
 cum libertate, si quis erat di-  
 gnus describi, id est, palam  
 carpi, & vituperari.

Famosus. Infamis.

Hinc, &c. Eos imitatur, &  
 quasi veltigis sequitur.

Lucilius. Primus Latinæ Sa-  
 tyre author, natus Auruncæ in  
 Italia.

Mutatis pedibus. Quia scri-  
 psit Hexametris, cum illi Po-  
 etæ Iambicis usi sint.

Nam fuit hoc vitiosus; in hora sæpè ducentos;  
 Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno:  
 Cum fueret lutulentus, erat quod tollere velles  
 Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem;  
 Scribendi recte: nam ut multum, nil moror. Ecce  
 Crispinus minimo me provocat; Accipe, si vis,  
 Accipe jam tabulas; detur nobis locus, hora  
 Custodes: videamus uter plus scribere possit.  
 Dii bene fecerunt, inopis me, quodque pusilli  
 Finxerunt animi, raro & perpauca loquentis.

At tu conclusas hircinis follibus auras

Illus, urbanus. Nasus longior,  
 & acurus, sallos, & dicaces  
 arguit; emunctus, diligentes,  
 & accuratos.

Durus, &c. In aptandis ver-  
 suum pedibus, concinnandis-  
 que numeris parum diligens;  
 asperior, & agrestior.

Hoc. Ob hoc, ideo.

Ut magnum. Ratus se rem  
 magnam præstare, difficilem,  
 & egregiam.

Stans, &c. Brevissimo tem-  
 pore: nemo enim diu pede ni-  
 ti uno potest.

Cum fueret, &c. Et tamen  
 illius versus erant obsoleti, at-  
 que incompti. Flumini similis  
 erat ipse, quod lutulætas aquas  
 velvit.

Erat quod tollere, &c. Erat a-  
 liquid dignum quod tolleretur,  
 lectu dignum, & notatu.

Garrulus, &c. Lucilius effu-  
 ticbar multa temere; & cõpo-

nendi laborè agrè ferebat; cõ-  
 ponendi rectè, in qua: nam nil  
 moror, parum curò, ut aliquis  
 multum componat; parvi mo-  
 menti est, quantum quis scribat;  
 refert autè quàm rectè, & or-  
 natè. Ecce Crispinus, Poëta Lu-  
 cilio in ea re simillimus, me u-  
 no digitulo, & minimo ad scri-  
 bendu provocat: Accipe, Ho-  
 rati, inquit, tabulas, &c. Pugi-  
 les, & gladiatores, cum ad pu-  
 gnã provocarent adversarium,  
 què quidè ipsi contemnerent,  
 eũ uno digito porrecto solebat  
 provocare, quasi hominẽ uno  
 digito dejecturi, & prostraturi.

Tabulas. In tabulis ligneis,  
 cerã obductis, scribebant Ro-  
 mani.

Custodes. Qui observent, ne  
 alienã utamur operã, scriptis  
 alienis, &c.

Finxerunt. Crearunt.  
 At tu, &c. O Crispine, imita-

Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis;  
 Ut mavis, imitare. Beatus Fannius, ultero  
 Delatis capsis, & imagine; cum mea nemo  
 Scripta legat, vulgo recitare timentis, ob hanc rem  
 Quod sunt, quos genus hoc minime juvat, utpote plura  
 Culpari dignos. Quemvis mediã erue turbã:  
 Aut ob avaritiam, aut miserã ambitione laborat,  
 Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære:  
 Hic mutat merces surgente à Sole, ad eum quo

are, si mavis, si tibi collibet,  
 tuis versibus turgidis, & ambi-  
 tiosis, folles vento distentos,  
 qui fornacem accendunt, do-  
 nec igni molliatur ferrum.  
 Arrogantiam Crispini, & ejus  
 versuum levitatem. notat.

Hircinis. Ex hircino corio  
 factis.

Laborantes. Videntur folles  
 laborare, & anhelare graviter,  
 dum ventum vehementius e-  
 mittunt.

Beatus Fannius, &c. Ne Fan-  
 nius beatus est, cui licet im-  
 merenti, ac nõ petenti, Senatus de-  
 tulit, obtulit capsas, id est, arcu-  
 las, & loculos, quibus libri ejus  
 in bibliotheca, per Augustum,  
 prope templũ Apollinis Pala-  
 tini extractã, reponerentur  
 unã cũ sua imagine. Clarorum  
 Poëtarũ scripta, & imago re-  
 ponebantur in ea bibliotheca: in-  
 terdũ id honoris dabatur pes-  
 simis, & immeritis, per ambi-

tionem, & malas artes; ut illi  
 Fannio, qui extorsit hoc per a-  
 micos, & adulatores, ejus opi-  
 mã, ut quidam volunt, hære-  
 ditati inhiantes.

Cum mea, &c. Fannius, ut ca-  
 praret hominum famam, reci-  
 tabat, ac veditabat sua carmi-  
 na; quod Poëtis Romæ tunc  
 solempne fuerat ego, inquit Ho-  
 ratius, nec mea legẽda præbeo,  
 & recitare illa in circulis, &  
 confessu hominum non ausim,  
 eò quòd multi sunt quos, &c.

Genus hoc. Satyrici carminis;  
 Juvat. Delectat,  
 Argenti. Signorum, vasorũ  
 ex argento factorum.

Stupet. Defixis oculis, animo  
 que, miratur, & concupiscit.

Ære. Aëris statulis.  
 Mutat merces. Mercaturam  
 exercet; ea olim tota erat in  
 mercium permutatione.

Surgente, &c. Ab Oriente  
 usque in Occidentem.